

# DE PRÆSVLIBVS

Angliæ Commentarius:

OMNIVM EPISCOPORVM,  
NECNON ET CARDINALIVM  
EIVSDEM GENTIS, NOMINA,

TEMPORA, SERIEM, ATQVE  
actiones maximè memorabiles

ab vltima antiquitate repe-

*Et de selectis magistra complexus. Del. vltimo.*

Per FRANCISCVM GODWINVM,  
Episcopum Landauensem.



LONDINI,  
Ex Officina NORTONIANA,  
Apud IOANNEM BILLIVM.

M. DC. XVI.

*Cum Privilegio Regis.*



ILLVSTRISSIMO, POTENTISSIMOQVE MONAR-  
CHÆ, JACOBO DEI GRATIA  
MAGNÆ BRITANNIÆ, FRAN-  
CIÆ, ET HIBERNIÆ REGI,  
Ac fidei verè Catholicæ Propug-  
natori inuictissimo.



Sancto Augustino (serenissime Prin-  
ceps) inter grandia numeratur miracu-  
la & Res maxime incredibiles, Christi  
Domini Apostolos, *De ciuis. Dei*  
*lib. 22. cap. 5.*  
ineruditos liberatibus disciplinis (vt ipse lo-  
quitur) & omnino (quantum ad Philosophorum  
doctrinas attinet) impositos; non peritos Gramma-  
ticæ, non armatos Dialectica, non Rhetorica in-  
flatos, piscatores cum retibus fidei ad mare huius  
seculi paucissimos missos, ex omni genere tam mul-



DE PRIMA BRI-  
TANNIÆ NOSTRÆ  
AD FIDEM CHRISTIA-  
NAM CONVERSIONE.

CAP. I.



Ost Christi Domini glo-  
riosam illam in cœlos as-  
censionem, aliquot per an-  
nos Hierosolymæ mansisse  
Apostolos eius, in Acto-  
rum suorum historia satis  
liquet. Iacobo vero ad ini-  
quissimum Herodis man-  
datum capite plexo, Petro  
etiam ad eandem pœnam  
destinato ( a qua tamen  
summa Dei bonitate libe-

Act. 12. 2.

Act. 12. 2.

ratus est) sauiente etiam in cæteros persecutione : Omnes  
(præter Iacobum qui frater Domini vulgo appellatur quod  
genere propinquus esset, & Ecclesiæ Hierosolymitanæ Epi-  
scopus relictus est) Omnes (inquam) discesserunt illinc, &  
per diuersa abeuntes, ad eas orbis regiones amandati sunt, ad  
quas Spiritus Sanctus priuato instinctu velle eos proficisci

B

signi-



DE  
ARCHIEPISCOPI  
EBORACENSIBVS.

I. PAVLINVS.



QVam certum sit Britannos nostros ad fidem Christianam conuersos, si non ab ipsis Apostolis, at certè a discipulis eorum Iosepho Arimathensi & socijs suis, fuisse à me supra est expositum. Quod etsi Pontificijs non libeat nobis concedere; hoc tamen (opinor) nemo inficias ibit, Lucium regem Britannum eandem fidem amplexum, concionatores ab Eleutherio Episcopo Romano impetrasse, Damianum ac Faganum, qui vnà cum Medunio & Eluano *per latos Britannia campos semen spargerent Euangelicum*. Et videatur certè (quod etiam historici nostri testantur) laboribus ipsorum eousq; clementissimum numen aspirasse, vt cum plurimos ad fidem conuerterint, tum alios reliquerint, qui prædicationis munus apud posteros obierunt & hoc ipsum ad alios perpetua serie transmiserunt, donec fraude diabolica excitis subinde tyrannis, hoc fidei lumen extinctum, paulatim euauit. Nobis attamen fatendum est, primorum ecclesiæ nostræ Britannicæ rectorum, memoriam sanè perquam existi-